



**R. P. Christophori Gillii, Ex Brigantio Lvsitaniæ, Societatis
Iesv, Et in Conimbricensi Academia S. Theologiae
Professoris; Commentationvm Theologicarvm De Sacra
Doctrina, Et Essentia atque vnitae ...**

Gil, Christovão

Coloniae Agrippinae, 1610

Auctoritas humana omnis fallibilis, nec vnus tantum sententia præbet
certum, & irrefragabile argumentum. cap. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82291](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82291)

sint: & quamvis diuino fuerint, nō sunt ab Ecclesia ad eam auctoritatem receptæ: & ita solam habet auctoritatē probabilem. Prior autem constat in primis ex magna auctoritate quam apud Gētiles habebant, vt patet apud Platonē in Theage, & in Phædro. M. Varronem in libris rerum diuinarum, & Plutarchum, q. in libro *cur deserit Pythiametricæ respōdere*, ait, quē ab ijs prēnūciata sunt, sine diuinitate prēdici minimē potuisse, & Heraclitus autore Clemente Alexandrino lib. 1. Stromatum initio dixit, eas nō humanitas, sed diuinitus apparuisse. Itaq; cōmunis antiquorū opinio erat Dei instinctu Sibyllas locutas fuisse: quas proindē volens describere Diodor. Sicul. lib. 5. Bibliot. Sibylla, inquit, sunt mulieres vates Deo plene, atq; adeo Satyricus Poeta Saty. 8. quasi certum omnino aliquid dicturus ita pręfatus est, *credite me foliū vobis recitare Sibylla*. Deindē suadet ex maxima cōueniētia vaticiniōrum ipsarum cum nostra fide, quā sparsim tangunt Patres citati, & de Erythræa fufius ostendit Eugub. de perenni philosop. lib. 1. c. 21. Tandem confirmatur ex nomine Sibylla, quod vt ait Isidor. lib. 8. Etymol. c. 8. interpretatur *mens Dei*: siue vt ait Lactan. lib. 1. instit. c. 6. ex Marco Varrone, *consiliū Dei*, deindē eadē pars ostenditur ex vsu SS. Patrum frequēter eorum testimonia vsurpantium, in primis idem August. citato lib. de Ciuit. c. 23. & concione ad Cathecum. tom. 6. Iustin. Martyr in oratione ad Græcos, Lactant. lib. 4. Instit. c. 15. 17. & 18. Arnob. lib. 1. cōtra Gent. Clement. Roman. lib. 5. Confl. Apostol. c. 6. & quod caput est, si credimus, Clement. Alexan. lib. 6. Stromatum, inter medium & initium, etiā D. Paul. hoc loco vsus est, ita enim illum loquētem introducit, *libros quoq; Græcos sumite, agnoscite Sibyllas, quomodo vnum Deum significet, & ea quę sunt scripta, vnde verē dixit Petrus Ble-*

lit ius humani testimonij, & quatenus singularis credendum. In primis autem certa fide, ac ratione constat hominis auctoritatem non esse certum, & infallibile fundamentū veritatis, quoniam *omnis homo mendax*. Ps. 115. cum enim neq; ad iudiciū immobilis, nec ab errore immunis sit, eo ipso expositus est periculo dicendi falsū siue exignorātia, siue ex malitia. Ex quo sequitur certa apud oēs cōclusio nēpē nullius singularis hominis dictū tantū pondus auctoritatis habere, vt absq; examine, & delectu, qā ipse dixit, ab alijs admitti nēcessariō debeat. Quę est sententia Patrum ingenuē affirmantium se solum diuinis litēris hunc honorē habere, vt quod dixerint, indubitātē recipiant, nō itē ceteris autoribus, nēpē, qui humano studio ac diligentia sunt in scribendo vsi. ita Hierony. Epist. ad Theophilum, aduersus errores Ioan. Hierosoly. Scio inquit *me aliter habere Apostolos, aliter reliquos tractatores, illos semper vera dicere, istos in quibusdā, vt homines aberrare*, & Aug. lib. 2. de Baptis. cōtra Donatist. ca. 3. epist. 19. & 111. quod de se ipso quoq; testatur, nō vult enim sibi credi plusquā auctoritas & ratio, quā adhibet, exigere videat, & ita cū lib. 2. de ordine c. 9. dixisset humanā auctoritatē plerūq; falli, c. 10. ait polle sibi credi, *nisi docenti, ac rationē reddenti*. Ex eodē principio Patres suā fatent imperitiā, vt Hierony. in ca. 2. Micheę, nec in ppria sentētia volunt esse pertinaces, vt idē in c. 26. Ezechielis: & scripta sua, si quid falsi cōtineant, vel ipsi emendant, ac retractant, vt fecit August. lib. suarum retractationū, vel alijs videnda, & examinanda cōmittunt, vt Gregorius Nazianz. in opuscul. contra Arianos: vel emēdaturus se fatētur, si repperint, vt D. Hierony. to. 2. Epist. ad Tesiphontem aduersus Pelagianos in fine; atq; adeo licet salua fide, & absq; vllō pręiudicio veritatis à quouis Autore humano dissentiri: nam hoc ipso, quo singularis est, minūs auctoritatis vendicat.

Id verò locum habet in quouis rerū genere & materia, & de quouis Autorū ordine, siue. u. antiquos sapientes, quos vel magos, vel Theologos Antiqui appellāt, siue ijs posteriores Philosophos cōsiderem; Nullus omnino est, vt ostēdit Can. li. 10. de locis c. 5. q. in errores aliquos nō incurrerit: nullus quē posteri oēs secuti fuerint. Quin verò ipsi eorū discipuli plurimas sententias magistrorū vel correxerūt, vel antiquarūt: sic Socrat. Plato, sic Platonis placita deseruit Arist. sic vtriusq; discipuli in multis ab eorū sentētia discesserunt, reseruabat nō. Nō Deus hoc Catholicę fidei, & Scripturę sacrę priuilegium, vt eadē semper synce-

Ps. 115.

Hieronym.

Augustin.

Hieronym.

Augustin.

Nazianz.

Hieronym.

II.

Canon.

Autoritas humana omnis fallibilis, nec vnus tantum sententia prębet certum, & irrefragabile argumentum.

CAPVT XI

I. POST auctoritatem diuinā veram, & apparentem, sequitur auctoritas humana, quam in plures locos diuisi. Verū priusquā ad singulos descendam, explicabo quę

ra, at-

ra, atque illibata ad posteros perueniret. Eadem verò ratio ex parte militat in Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ: vt docet Franciscus Horant. lib. 5. de locis cathol. cap. 3. quos licet spiritus gratiæ plerumque illuminauerit, tamen, vt homines esse appareret, nonnunquam etiam dormitaue-
runt, & in errores aliquos inciderunt: quemadmodum Victorin. Lactantij, & Iren. qui cum millenarijs censerunt, vt auctor est Hieronym. in proœmio in lib. 18. commentar. in Esaiam, Cyprian. qui redeuntes ab hæresi rebaptizandos putauit: quin & ipse Augustin. maximum Ecclesiæ lumen initio, cum in sacris literis non adeo versatus esset, fidem ex nobis esse censuit, quæ postea errorem agnouit & retractauit, lib. 1. Retract. ca. 23. longum esset singulorū lapsus referre, plures tacito nomine recenset Can. lib. 7. de locis cap. 3. ex quo faciliè conuincitur, nec ex Patribus singulos habere certam auctoritatem. Iam verò si de Doctoribus scholasticis sermo sit, id multo verius dici potest; nam hi, cum recentiores sint, vt plurimum non habent tantam auctoritatem, quantam Patres antiquitate, doctrina, & sanctitate venerabiles, atq; adeo si absq; vllō præiudicio singularis alicuius patris sententia potest nō admitti, multo magis hoc licebit in Doctoribus scholasticis. Quod dictum nō alia, quam cōmunis vsus, & experientiæ probatione indiget: null⁹ enim est inter scholasticos Doctores, quem schola omnis Theologica sequatur. Nam Magister quidem, ppter antiquitatem, & quia viam reliquis aperuit, suā habet auctoritatem. Sed non irrefragabilem quia in nōnullis errauit, vt in materia de gratia, & charitate, quā in 1. dist. 17. non putauit esse donum infusum, sed ipsum donum increatum, ipsam spiritus diuini personā; ex alijs verò extiterunt aliqui præstanti ingenio, & doctrina viri, qui meruerunt habere, p-
prios sectatores, nō tamē vniuersam Theologiam scholam ad se traxerunt, sed singuli suos habent asseclas. Ex quo planè colligit institutum: nam si sub norma fidei ex oppositis scholis licet hanc, vel illā viam sequi nullus profectō autor scholasticus rātæ auctoritatis est, vt ab eo non liceat discedere. Eadem quoq; ratio militat in iuris peritis, qui in rebus ad Theologiam, & sacramēta spectantibus interdū labūtur, vt videre est in eo quod asserit Hostiens. in summa titulo de Sacramentis nō iterandis nu. 7. & Glossa cap. Quidquid in visibilis. 1. q. 1. nempe p Matrimoniu gratiā non dari, & tamē in Cōcil. Tridē. sess. 24. Can. 1. decernitur matrimonium esse verè, ac propriè sacramentum, &

gratiā conferre. Item Panormit. in ca. omnis vniuers⁹, de penitentijs, ac remissionib⁹. & in c. in penitentia de penitentia dist. 5. dixit sacrā confessionē institutā auctoritate Christi ab Apostolis, vel auctoritate Spiritus S. vniuersalis Ecclesiæ traditiōe, aut Cōcilij vniuersalis decreto, & tamē eod. concilio sess. 14. cap. 5. dicitur à Christo institutam fuisse.

Ex quo colligitur nullo fundamento niti abusum, ne dicam insolentiā multorū, q̄ ita Doctoris vnius sententiā addicti sunt, vt eā quasi fidei diffinitionē, vel illi proximā sequantē, & cōtrariā assertores quasi violatæ fidei reos traducant. Ego sanè Doctores pios, & graues ita venerandos puto, ita ipsorū sententias accipiendas, vt nō ipsis nihil amplius, quā hominib⁹ tribuatur: cuius rei exemplū ipsi nobis reliquerūt, q̄ maiorū suorum dicta, vt hominum sententias, non vt diuini spiritus effata tuebantur: & si quādo opus erat, modeste reiiciebant. Qua in re mirabilis sanè, & digna, quā oēs imitemur, fuit prudentia, ac modestia D. Tho. Aquin. Iam hæc ipsa de re scriptores alij conuelli sunt. Castr. lib. 1. aduersus hereses c. 7. Can. Castr. lib. 8. de locis c. 4. cōclus. 1. & lib. 12. c. 1. post Can. Victoriā quē refert, & Bannes 1. p. q. 1. ar. 8. Vltor. dubio vltimo, conclu. 1. Quin verò Durād. Bannes. Durād. in primo prologo sententiarū meritō ait, hoc modo iniuriā fieri Ecclesiæ, & Theologiæ: illi, quia vnius hominis quantumuis docti, & sancti, hominis tamē, atq; adeo fallibilis scripta, quasi norma, & mensura veritatis statuuntur: Theologiæ verò, quoniam eius progressus, & augmentū opposito vallo intercluditur. Itaq; in nullius hominis singularis verba iurādum est, p nullius dictis omnibus, ac sententijs tanquam pro aris, ac focis Ecclesiæ pugnandū: nec egre ferendū, si sub eadem fidei norma Doctoris alicuius dicta vel impugnentur, vel nō recipiantur ab alijs. Cuius rei illustre exēplū nobis reliquit Aug. vt videre est Epistol. 7. nam cum Marcellin. ad quē scribit, egre ferret scripta D. Aug. à nonnullis carpi, responderet ex eorum numero esse, q̄ proficiendo scribāt, & scribendo proficiant, & ideo si ab alijs in eius libris notetur aliquid incautius, vel indoctius scriptum, nō dolendum, sed potius gratulandū, & paulō post cōuertēs orationē ad amicos, q̄ eius causā dolebant, sic eos alloquit: Vos autē, qui me multū diligitis, si talē me asseritis aduersus eos, quorū malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, vt me nūquā scriptorū meorū errasse dicatis frustra laboratis: nō bonā causam suscepistis: facile in ea me ipso iudice super amini, quoniam non mihi placet, cum a charissimis meis talis esse existimor, qualis non sum. Et paulō post expēdens dictū illud de

Cicero-

Morantius.

Hieronym.

Augustin.

Canis.

Hostiens.

Glossa.

Concil. Trid.

Panormit.

Concil. Trid.

III.

Can. Castr.

lib. 8. de locis c. 4. cōclus. 1. & lib. 12. c. 1. post Can.

Victoriā quē refert, & Bannes 1. p. q. 1. ar. 8.

Vltor.

Bannes.

Durād.

Augustin.

C. 7. non

Hieron.

Cicerone, quod nullū verbum emittit, quod reuocare vellet, subdit: *quæ quidem laus, quæ præclarissima videatur, credibilior est de minimis fatuo: quæ de sapiente perfectio*; & id, ait, si cuius accidit, nō nisi sanctis Dei, qui Spiritu sancto acti locuti sunt, accidisse, ceteros, qui id non sunt assecuti, tenere saltem debere secundas modestiæ partes, quia nō possunt primas habere sapietiæ, quod sanæ consilium non magis necessarium est ipsis scriptoribus, quā eorū sectatoribus, ne discrucientur animo, & modestiæ cancellos prætergrediatur, si qua in re magistrorum suorū sententia non probetur: nam, ut nullus est scriptor, cui multi non contradicant: & cōsequenter nullus erit, cui absq; delectu, & examine intellectu captiuare debeamus, sed in singulorū lectione seruandū Conciliū Apost. I. ad Thess. 3. *omnia probate, quod bonū est tenete*: quod intelligendū est de singulis scriptorib. humanis, siue Philosophi, siue Theologi sint, quin verō etiā de sanctis Patribus, hoc ipsum aiunt citati Doctores.

IV. Quamuis hæc ita sint, nō est negandū esse aliquos tāta apud homines autoritate, siue propter antiquitatē, siue propter doctrinā, & conceptā omnium de ipsa existimatiōem, ut ferē omnes eorum sententiā recipiant, et si quid in eis minū placet, nō simpliciter negare audeant, sed interpretentur. Hanc in reb. Philosophicis autoritatē habet Aristoteles: nā quāuis antiqui Patres plures fecisse videantur Platonis doctrinā, quoniam quoad dogmata, plūquam Aristoteles ad fidē nostram accedere videretur, & quāuis nō desint Philosophi Platonici, qui ab Aristotele dissentiant, tamē schola omnis Theologica, quantū attinet ad naturalium rerum scientiā, doctrinam Aristotelicam supponit. Inter Patres autē summā in reb. Theologicis autoritatē habet Dionys. Areopag. cuius dicta omnes venerantur, nec vllus negare audeat: hanc eandē quondam habuisse videntur Athanas. & Gregor. Nazianz. quorum dictis nullum nunquā calumniam inferre ausum fuisse testatur D. Thom. 1. p. q. 61. artic. 3. in corpore, post Hieronymum, quem citat. Merito autē ad eundem apicem euectus est D. August. excellens Theologiæ lumen, & Theologorū omnium magister, cuius autoritas est instar multorum. Ex Doctolib. autē Scholasticis nullus est, qui ad eum gradum autoritatis ascenderit: nam quamuis D. Thomas Aquinas illustrissimi ordinis Dominici decus eximium, & clarissimū Ecclesiæ lumen inter ceteros eminere videatur, nō tamen aliarum familiarū sectatores verentur eius opinionē reijcere. Hoc tamen est verum, eius autoritatem fat esse

ad argumentum probabile, quod etiam de insignibus alijs Doctoribus dicendum est iuxta doctrinam Aristot. lib. 1. Topic. ca. 9. qui problema dialecticum cōstituit, etiam ex opinione vnus sapientis eximij, nisi sit absurda: consentit D. Thomas quodlib. 3. q. 4. art. 10. asserens vnūquemq; posse absq; periculo sequi opinionem sui Magistri, nisi sit erronea, & ab Ecclesia reprobata, hic enim locum habet dictum August. lib. 3. de doctrina Christiana relati ibidē a D. Thomas nimirum consulendam esse regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis, & Ecclesiæ autoritate percepiimus, à qua, si Doctoris grauis sententia nō discrepat, probabile præbet argumentum.

Hæc intelligenda sunt de sententiā negatiuē singulari alicuius Doctoris, cui ceteri non contradicunt, nec assentiuntur, quia fortē ea de re non sunt locuti: si autē sit singularis contrariē, quam ceteri omnes reijciunt, parū, vel nihil probabilitatis afferre potest ex vi solius autoritatis, nisi efficaciter ratione fulciatur, quæ si desit, nō erit probabile, quod ab omnium sententia abhorret, et si vni placeat: hic enim verē locum habet antiqua pargmia, dictū vnus dictū nullius. Nec Theologo faciendā vis est in vnus autoritate de re, quā omnes falsam iudicant, qualis est sententia Autoris cuiusdam lib. questionum veteris, ac noui testamenti inter opera D. August. q. 109. opinantis Melchisedech. fuisse Spiritum sanctū quā D. Hieron. in Epist. ad Euagriū, & alij cōmuniter reijciunt, qualis sententia Tertull. lib. 3. aduersus Marcion. c. 9. & 11. de vera assumptione corporum ab Angelis in veteri testamento, quæ cōmuniter exploditur: quales etiā ex scholasticis referri poterant, sed omittendæ sunt, ne detur offensionis locus.

VI. Hæc vera sunt de singulis Autoribus ratione autoritatis, quā ex humano studio, ac doctrina sibi vendicant. Quid dicendum, si aliqui ipsorum approbationē habeant ab Ecclesiā? Eorū doctrina præbebit omnino certum argumentum Theologo? affirmatiuē respōdet Gloss. cap. Noli, d. 9. nam cum Aug. ex quo caput illud desumptū est, ingenuē fateat nolle se, ut suis scriptis, quasi Canonice credatur, & nō reculare correctorē, Glossa ait, id esse intelligendū, p tempore præcedente approbationē Gelasij, quod nōdum eius scripta erāt autētica, modo verō post illā tenēda esse vsq; ad vltimū iota: Pro qua sententia adduci etiā potest Cōcil. Lateranen. secundū, consultatione quinquē ubi sic habetur ex quinta Synodo generali: *Super his omnib. sequimur sanctos Patres, Doctoresq; Ecclesiæ Athanasium, Hilarium, Basilium,*

Grego-

Gregorium Theologum, & Gregorium Nyssanen-
sem, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Ioan-
nem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem
Proclum, & suscipimus omnia, quæ ab eis pro re-
cta fide, & in condemnatione hæreticorum expo-
sita sunt, suscipimus autem & alios sanctos, &
orthodoxos Patres, qui in Sancta Dei Ecclesia re-
ctam fidem irreprehensibiliter vsq; ad finem præ-
dicauerunt. Et Martinus primus ibidem sub-
dit: Manifestatur nobis ex his, quæ relata sunt, si-
ue definita à Sancto vestro Concilio, condemna-
tum & alienum Sanctæ Dei Ecclesiæ vnumquem-
que, qui non susceperit verbo, & mente omnes
sanctas Synodos, & venerabiles Patres, cuncta-
que, quæ ab eis pro orthodoxa fide exposta sunt
in destructionem omnium hæresum. Similia ha-
bentur in sexta Synodo, ubi ita dicitur, con-
sentit sanè in omnibus, sanctisq; Patribus, & Docto-
ribus sanctæ Dei Ecclesiæ Athanasio, Hilario, Ba-
silio, Augustino, Theophilo, Cyrillo, Ioanni Con-
stantinopolitano, Leoni, Proclo, cunctaq; eorum
scripta de recta fide, & ad hæreticorum damna-
tionem recipimus. Ex quibus pro sententiâ af-
firmatiua colligi potest efficax argumen-
tum: cui videtur fauere ratio: nam autori-
tas Ecclesiæ est infallibilis, atq; ideo nõ po-
test errare in approbatione, vel reprobati-
one doctrinæ ad fidem & mores pertinenti-
tis: si verò in scriptis Doctorum, quos ap-
probat, aliquid erroneū contineretur, ipsa
erraret: nihil ergò in illis falsum est: atque
adeo sumi ex ipsis potest argumentum in-
fallibile.

VII.

Can.
Castr.
Horantius.
Palatinus.

Oppositum sentiunt Canus lib. 7. de lo-
cis cap. 3. Castr. lib. 1. aduersus hæreses ca. 7.
Franciscus Horantius lib. 5. locorū Catho-
lic. cap. 2. & 3. Palat. quaest. 8. prologi, & alij,
& vsu ipso compertū est. Nemo enim no-
tatur tãquam hæreticus, aut temerarius eo
quod in vna, vel altera re deferat sententiã
singularem, vel etiam nõnullorum ex Pa-
tribus, qui approbati sunt ab Ecclesiâ, cap.
Sancta Romana, dist. 15. vel in Concilijs ge-
neralibus tãquam probabiles Doctores, ac
Patres Ecclesiæ commẽdati sunt. Huic du-
bio vt satisfiat, præmittenda est distinctio
approbationis, siue modi approbandi Do-
ctores. Etenim Ecclesiâ dupliciter appro-
bare alicuius Autoris doctrinã solet: nẽpẽ
vel in particulari aliqua fidei, aut morum
controuersia, vel in vniuersum cõmendã-
do sanitatem doctrinæ ipsius, tanquã Do-
ctoris pij, & Catholici. Rursus cum probat
in particulari, aut id facit diffiniendo, aut
solum probabiliter iudicando.

VIII.

• Dico primum. Quoties Ecclesiâ in par-
ticulari diffiniendo approbat doctrinã ali-
cuius Sancti, ea præbet infallibile argumẽ-
tum Theologo; hæc à nullo Catholico ne-

gatur: nam tunc sententiâ S. Patris coincidit
cum doctrina Ecclesiæ, atq; adeo habet in-
fallibilem autoritatem; nõ quia ab vno, vel
altero Doctore tradita, sed quia Ecclesiæ
decreto confirmata est. hac ratione dicta
Sanctorum in antiquis Cõcilijs approbata in
fidei decretis infallibile autoritatẽ habent.

Dico secundum. Quoties sententiâ Do-
ctoris in particulari approbat ab Ecclesiâ
nõ diffiniendo, sed probabilius eligente, nõ
habet infallibilem autoritatẽ, sed maximẽ
probabilem. Hæc per se patet, quoniã quã-
diu Ecclesiâ non diffinit rem, quẽ alioquin
in opinione versatur, nõ est vnde sumatur
autoritas infallibilis, quia verò non est au-
toritas humana maior, quam Ecclesiæ, id,
quod ab ipsa, vt probabilius eligẽt, est ma-
ximẽ probabile, quia ratioẽ opinio schola-
sticorum asserentium in sacrosancto Eu-
charistie sacramento aquam simul cũ vino
conuerti in sanguinẽ Christi, approbata ab
Innocẽtio 3. cap. Cum Martha de celebrati-
one Missarum, nõ habet autoritatem fidei,
quia non tanquam in fide certa, sed vt ma-
gis probabilis electa est à Pontifice.

Dico tertium. Quando nihil in particu-
lari decernendo, sed tantum per verba ge-
neralia Doctoris alicuius doctrinã recipi-
tur, aut pbatur, habet ex hac approbatione
magnam prerogatiuam probabilitatis, nõ
tamẽ infallibile certitudinem veritatis, hæc
est de mente Castr. Can. & Horatij. Probãt
quoniam mens approbantis nõ est cõferre
doctrinæ eius autoritatem fidei, sed maio-
rẽ quandam suprà Doctores alios autorita-
tẽ: hoc modo cap. Sancta Romana, dist. 15. Ge-
lasius Papa cõmendat doctrinã Augustini,
& aliorum Doctorum sacrorum, nec tamẽ
idcirco Christiani astringuntur fide tenere
quidquid sensit Aug. etiã in sacre Scriptu-
ræ, & dogmatũ explicatione, qua in re ipse
non semel ab alijs Patribus eiusdem notæ
& autoritatis, falsa fidei vnitate dissentit:
quod de Augustino dico, intelligi etiã de-
bet de quouis alio Doctore sacro, vel scho-
lastico: cuius doctrinã generali quadã Ec-
clesiæ cõmendatione fuerit approbata: ali-
ud enim est approbare aliquẽ tanquã scri-
ptorẽ sacrum, & Canonicũ, aliud tanquam
Doctorem catholicũ: prior approbandi mo-
dus testificat scriptis quoad omnia & sin-
gula inesse diuinã autoritatẽ: posterior ve-
rò minimẽ, sed intra limites Doctoris hu-
mani, quẽ interdum labi nõ repugnat, cõ-
mendat doctrinẽ sanitatẽ, & integritatem.
Et confirmatur quoniam nõ aliter p hanc
cõmunem approbationẽ cõmẽdatur eius-
modi doctrinã, quam reprobantur scripta
quorundam aliorum, verbi gratia Clement.

Alex

Alex. & Tertul. & Orig. sed horum scripta nō omnino repudiantur, aut tanquam hæretica damnantur omnia in illis contenta, sed nonnulla, & ideo ipsorum lectio cū delectu Christianis permittitur; atq; adeo nō raro à Catholicis leguntur, vt de se fatetur D. Hieron. in quadā Epist. ad Vigilantium: ergo similiter scripta Patrū per verba generalia approbata non sortiuntur ex ea approbatione infallibilē autoritatē quoad omnia, sed prærogatiuā quandā inter cæteros.

Ex his facile responderetur vtriusq; sententiæ fundamentis. & primum ad cap. *sancta Romana*, dico ibi solū recipi doctrinā quorundam Patrum generalī quadā approbatione, & ideo non sequi sententias ipsorum in omnib. habere fidei autoritatē: sola verō Epistola Leonis Papæ ad Flavianum cōtra hærēsim Eutycheis, approbatur enim quo ad vltimum iota: & ideo ex particulari hac approbatione habet infallibilem autoritatem, ceterorum verō Patrum doctrinā nō ita in particulari approbatur, & quia Glossator, vt notat Caltr. hoc discrimen nō aduertit, verba illa vltima, quæ ad solam Epistolam Leonis referuntur, ad omnes Patres suprā numeratos referenda putauit; Deinde ita in quinta, quā in sexta Synodo generali non est approbatio vniuersalis, quoad omnia prorsus, quæ in Patrū eorū scriptis continentur: sed solū quoad ea, quæ pro recta fide, & in cōdemnationem hærēsum dicta sunt, vt patet ex vtriusq; Synodi verbis, & ex dictis Martini Papæ sumptis ex Cōcilio Later. 2. act. 5. atq; adeo, si forte aliq; ipsorū Patrū tanquā homo, quoad aliqd minus congruē locutus fuerit, vel de alijs rebus, quam de dogmatibus aut hærēsum impugnatione differuerit, non alitringimur ad ipsum sequendum: quandoquidem ea non sunt exposita pro recta fide: Præterea ex eiusmodi approbatione nō omnino cōstat, an sermo sit de omnib. sanctis Patribus singularim sumptis, cū sermo sit in plurali numero, & autoritas solū vnus, vel alterius non sit eius momenti, vt qui illam non recipiat, eo ipso sit alienus ab Ecclesia, scio olim eos, qui autoritatem Cyril. Alex. nō recipere, anathemate dātos in cōcilijs. Verum ea receptio erat solū quoad capitula cōtra Nestorium approbata in primo Concil. Ephesino, & Chalcedonēsi, nō verō quoad omnia ei' scripta, sed solū quoad determinatum dogma de vna hypostasi, & duabus naturis Christi Domini. Ad rationē dico Ecclesiam, quando Catholicorū Patrū doctrinā generaliter approbat, nihil diffinire, neq; tanquam in omnibus de fide certam, sed solū tanquam cōmuniter fa-

nam & Catholicam fidelibus proponere, & ideo quamuis in particulari sint multa solū probabilia, & nonnulla etiā falsā, nō errare, quia in laudatis etiam autorib. humanis moraliter loquendo semper aliquid eiusmodi reperitur: & hoc ipso quo nō approbatur in particulari tanquā dogmata fidei, relinquitur locus humanis lapsibus. Argumentum oppositæ sententiæ probat secundam, ac tertiam assertionem, nec primam oppugnat, vt per se patet.

Quinam Autores vsurpandi Theologo.

C A P V T XII

CVM fundamentum autoritatis sit bonitas, ac scientiā, consequens est apud Theologum antiquiorē debere esse autoritatem eorū, qui sanctitate, ac scientiā præstant iuxta sententiā Aug. lib. 2. de ordine cap. 9. nam cum dixisset humanā autoritatē plerumq; falli, subiungit, *in eis tamen videtur excellere, qui, quantum imperitorum sensus capit, multa dant indicia doctrinarum suarum, & non aliter viuunt, quam viuendum esse præcipiunt*, hoc secundum est signum bonitatis, illud prius scientiæ. Ex quo principio duo sequuntur: alterum est vnicuiq; credendum magis in ijs, quæ spectant ad propriam facultatem, quam in ijs, quæ ad alienam: peritis enim in quauis arte credendū: siquidem iuxta communes regulas sapientiores sunt, qui rem ex professo tractant, quā qui quasi aliud agentes, & per transfennā, vt aiunt, in eam intendunt. Alterum est in ijs, quæ ad religionē, ac mores pertinent, credendum potius viris p̄bis, studiosisq; virtutū, quam flagitiosis, & qui gloriam perituram sectantur. Dixi in ijs, quæ ad religionem, & mores spectat: quoniam cum hæc maximē pendeant ex animi affectu, & vnusquisq; iudicet, pro vt est affectus, fieri potest, vt impediatur rectum iudiciū, & obcæcet intellectus, sicut contigit Philosophis de quibus loquitur Paul. ad Rom. 1. Deinde verō etsi cū prauitate animi perseveret iudiciū certum, peruertere ex eadem potest testimonium, ita vt aliter, ac sentit aliquis loquatur, ac scribat, vt contigit nonnullis Philosophis, qui cum in vni' Dei agnitionem venissent, nē tamē in populorū offensionem incurrerent, veritatem eam celabant, idolorum cultui cōniuebāt, imō ipsi etiam operam dabant: vt videre est in Marco Tull. nā cum in libris de natura deorum ad agnitionem Dei peruenisset, nō tamen est ausus deorū cultum reprobare, sed retinendū censet, ac monet.

I.

Augustin.

ad Rom. 1.

Marc. Tull.